[illegible]
capita quorumcumque ad se venientium signum crucis cineribus sig-
nent dicendo. Memento homo quia cinis es et in cinerem rever-
teris. In nomine patris. Peracto hoc officio dicat sacerdos ad gradum
Deus qui iuste | chori cum Dominus vobiscum et Oremus.
irasceris et clementer ignoscis afflicti populi tui lacrimas
suscipe. et iram tue indignationis quam iuste meremur propitius
Concede nobis quesumus domine presi- | averte. per christum. Oremus.
dia milicie christiane sanctis inchoare ieiuniis: ut contra spiritu-
ales nequicias pugnaturi continentie muniamur auxiliis. per dominum.
His finitis eat processio et postea incipiat missa ut patet per ordinale.
Dominica in ramis palmarum post aspersionem aque benedicte
legatur lectio. Venerunt filii israel. et legatur ante gradum
altaris. ab acolito alba induto et hoc ex parte australi super
flores et frondes. cum suo titulo. Finita lectione et statim sequatur
evangelium et legatur in eodem loco a diacono ad orientem conversus more
dominici. post acceptam benedictionem cum Dominus vobiscum. et Gloria tibi domine.
more solito. evangelium Turba multa que con. finito evangelio sequi-
tur benedictio florum et frondium a sacerdote capa serica rubea induto super
gradum altaris ad australem conversus coram dextrum cornu altaris sic.
Exorciso te creatura florum et frondium in nomine dei patris
omnipotentis et in nomine ihesu christi filii eius domini nostri et in virtute
spiritus sancti: proinde omnis virtus adversarii omnis exercitus diaboli
omnis potestas inimici. omnis incursio demonum eradicare et